




Bulla seu Ledula Reformationis  
Officialium Romanae Curiae. Lecta  
in Octava Sessione sacri Latera-  
nen. Concilii: per Reueren. Pa-  
trem Ep̄m Taurin. per S. D. N.  
dñm Leonem. X. Pont. Max.  
sacro approbante Concilio edita.



2-10

Bulla seu Ledula Reformationi.  
Officialium Romanae Curiae. Lecta  
in Octava Sessione sacri Latera-  
nen. Concilii: per Reueren. Pa-  
trem Ep̄m Taurin. per S. D. N.  
dñm Leonem. X. Pont. Max.  
sacro approbante Concilio edita.



**LEO** Episcopus seruus seruatorū dei :  
Ad perpetuam rei memoriam / Sacro approbante  
Concilio. ¶ In Apostolici culminis specula diuine  
gratie munere collocati / nihil magis esse nostri  
officii duximus / q̄ sedulo ac diligenter omnia cir-  
cūspicere : que ad Catholici nobis cōmissi gregis  
custodiam / incolumitatem / augmentum pertine-  
re possent ; & in hoc ipsum omnes industrie ner-  
uos / omnes animi / ingeniq; uires contulimus .  
Cum igitur felicitis recordationis Iulius Papa Se-  
cundus predecessor noster / ut erat fidelium cōmo-  
di sollicitus / & tutele studiosus / tum aliis multis  
de causis / tum quia frequens circa Romanā Curie  
Officiales querimonia urgebat / Oecumenicum  
Lateranē Concilium indixisset / & deputatis ua-  
riis Venerabiliū fratrum suorum sancte Romanā  
Ecclesie Cardinaliū / de quorum numero tunc era-  
mus / & Prelatorū insuper congregationibus : qui  
de querelis ipsis accurate inquirerent : & ne Cu-  
riales interim / & alii ad Curiam pro gratiis acce-  
dentes / nimio expensarum onere fatigarentur / si-  
mul ut infamia : qua dicti Officiales flagrabant  
mitigaretur / celeri remedio Bullam reformationis



edidisset: qua illi Officiorum statutis custodien-  
dis sub graui pena denuo astringebantur: nec cir-  
ca excessus specialiter decernere/aut Conciliū ab-  
soluere / morte preuentus quiuisset. ¶ Nos eius  
non minus cure/ꝫ officii successores initio statim  
nostri Pontificatus / & continuare Synodum / &  
pacem inter Christianos Principes procurare/nec  
minus/cum uniuersalem reformationem perfice-  
re nostre mentis sit/primū a predecessore ipso/su-  
per Officiis prouisa/nouis fulcire subsidiis/ & au-  
ctis deputationibus exequi non destitimus/enim  
uero nulla uehementior cura nos angit/ꝫ ut tribu-  
li/& sentes ex dominico agro eruantur: & si quid  
est quod eius culture officiat/radicitus euellatur/  
atq; extirpetur. Sedula ergo a deputatis relatione  
habita/ & quid a quibus exorbitaretur: animad-  
uerso ut queq; uel a decenti & laudabili more/uel  
a primeua institutione descuerant/ad normā re-  
traximus/& ea in unam reformationis Bullam/sa-  
cro approbante Concilio/super hoc editam/ex or-  
dine congeessimus: in eaq; Executores/qui ordina-  
ta seruari cogent/deputauimus: quam ab Offi-  
cialibus ipsis/& ceteris ut quenq; tanget/sine frau-  
de & inuiolabiliter obseruari/hoc sacro approban-

te Concilio/ mandamus sub excōmunicationis la-  
te sententie pena: a qua/nisi per Romanū Ponti-  
ficem(excepto mortis articulo) absolui non pos-  
sint: Ita ut ultra hanc/& alias penas in Bulla ipsa  
particulariter expressa cōtrauenientes Officio in  
quo deliquerint/ad Semestre tempus sint eo ipso  
suspensi: Et si secundo errauerint in eodem Offi-  
cio: quod/quantum in se fuit coinquinarunt/per-  
petuo careant. Qui postq; Constitutione nostra  
ad frugem reducti erunt/ inhibito atq; sublato cō-  
muni dāno / ad ceteras reformationis partes pro-  
cedemus: Et si nobis omnipotens pro sua miseri-  
cordia cōcesserit/ut pacem inter Christianos Prin-  
cipes componamus/non noxiis solum seminibus  
extirpandis / sed & propagandis Christi finibus  
insistemus: ac Sanctissimam contra Infideles ex-  
peditionem: cuius desiderium assidue nostro cor-  
di inheret/ deo ipso rei sue fauente/corundem ful-  
cti presidiis/aggreдемur. ¶ Nulli ergo omnino  
hominū liceat hanc paginam nostri mandati in-  
fringere/ uel ei ausu temerario contraire. Si quis  
autem hoc attemptare presumpserit/ indignatio-  
nem omnipotentis dei/ ac beatorum Petri & Pau-  
li Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat[ur]

Rome in publica Sessione in Lateranenſi ſacroſan-  
cta Baſilica ſolemniter celebrata Anno Incarna-  
tionis dominice Milleſimoquingentefimo tertio  
decimo Quartodecimo Kal. Ianuarii Pontifica-  
tus noſtri Anno Primo

P. Bembus

D. de Comitibus